

Jan Czuj

"Seteriologia Pelagiusza : Studium
Historyczno-Dogmatyczne", ks.
Eugeniusz Florkowski, Kraków 1949 :
[recenzja]

Collectanea Theologica 21/2-3, 365-368

1949

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

w spiekocie; znane arcydzieło El Greca: Toledo w czasie burzy i Les Buissonets w ogródku oraz amatorski obrazek M. Celiny Martin, św. Teresa wstępująca za kratę Karmelu w Lisieux.

Prof. Peers nie jest katolikiem, ale wydając swe tłumaczenie obu katolickich mistyków, postarał się nawet o kościelne Imprimatur abpa Westminsteru; wyrazić by można życzenie, aby nawet bardzo utalentowani pisarze, ale nie przygotowani badacze, postarali się o głębsze poznanie tematu, na który się porwiają.

Zdzisław Obertyński

Ks. EUGENIUSZ FLORKOWSKI — *Soteriologia Pelagiusza*. Studium Historyczno-Dogmatyczne. Kraków 1949, str. 154. (Rozprawy Wydziału Teologicznego Uniw. Jagiellońskiego. 1, 3).

Multum iam decursu saeculorum disputatum est de doctrina Pelagii, quae famoso pelagianismi systemati initium ac nomen dedit. Deficientibus tamen authenticis ac genuinis confectionibus a Pelagio scriptis¹⁾, disputationes auctorum sufficienti carebant fundamento. Unde venit, quod persaepe tamquam doctrina Pelagii non opiniones et sententiae ab ipso revera traditae, sed potius conclusiones ex quibusdam principiis eiusdem deductae habebantur et habentur; adhuc hodie, non obstante opere iam dudum a Fr. Klasen de interna pelagianismi evolutione edito²⁾, Pelagii doctrina cum systemate pelagianismi generatim identificatur.

¹⁾ Praeter Epistolam ad Demetriadem (MPL 20. 15—45; necnon MPL 33. 1099—1120); et praeter Libellum fidei Pelagii ad Innocentium, Zosimo redditum (MPL 45. 1716—1718; necnon MPL 48. 488—481); cf. A. Hahn, Bibliothek der Symbole und Glaubensregeln der alten Kirche. Breslau 1097, 238 sq. Fragmenta aliorum Pelagii operum (MPL 48. 589—615).

²⁾ Fr. K l a s e n, Die innere Entwicklung des Pelagianismus Freiburg i. B. 1862.

Nuper authenticum opus Pelagii, ab Al. Souter accurate editum nempe „Expositiones XIII Epistularum Pauli“¹⁾ sat firmum praebet argumentum — doctrinam soteriologicam Pelagii non recte ab auctoribus — non excluso auctore recentissimi et optimi operis de Pelagio eiusque doctrina²⁾ — intelligi ac definiri.

Ex minuta textuum „Expositionum“ analisi satis clare patet Pelagium negasse quidem peccatum originale corruptionemque naturae et absolutam impossibilitatem non peccandi ac salutem assequendi ope virium naturalium et sine gratia Salvatoris — nihilominus tamen necessitatem quandam redemptionis per Verbum Incarnatum ac obiectivum valorem operis redemptivi Christi admisisse.

Iuxta Pelagium totum genus humanum decursu temporis a iustitia aversum et sub peccato inventum est, ac proinde, consuetudine peccatorum permanente, legem divinam perficere et Deo reconciliari non potuit. Quapropter poena mortis et damnationis aeternae ei imminabat. Necessaria ergo fuit redemptio ex parte unius iusti et immaculati, uniusque veri mediatoris inter Deum et homines, sc. Hominis-Dei, Christi Jesu. Christus Salvator („verus pontifex et aeternus“; „caput corporis ecclesiae“; „vita“) per passionem et mortem in cruce, per „crucis mysterium“ redemit genus humanum. Per mortem scil. sacrificalem, libenter pro hominibus susceptam, Christus — praeter exemplum virtutum — expiationem dedit et compensationem debiti humani, ac sic mortem (damnationis) peccatoribus imminentem vicit ac ipsos a debito huiusce mortis liberavit; destruxit etiam peccata hominum ipsaque dissolvit ac remisit; diabolum quoque superavit et peccatores ab eius imperio liberavit;

¹⁾ A. S o u t e r, Pelagius's Expositions of thirteen Epistles of St. Paul, I. Introduction; III. Interpolations. Cambridge 1922 a. 1931 (Texts and Studies contributions to biblical and patristic Literature, vol. IX nr 1 a. 3); cf. Souter, The Earliest Latin Commentaries on the Epistles of St. Paul. Oxford 1927.

²⁾ G. d e P l i n v a l, Pélage, ses écrits, sa vie et sa réforme. Lausanne 1943.

iustificavit homines vitamque ipsis reddidit seu reparavit et servavit; reconciliavit eos Deo et filios Dei amabiles fecit; Spiritum Sanctum eis dedit, qui animas renovat et sanctificat easque — quamdiu in iustitia permanent, inhabitat et auxilium suum eis praebet, illuminando nempe et virtutem conferendo; gloriosam denique resurrectionem et gloriam coelestem, quae participatio est gloriae Christi, hominibus paravit.

Qui fructus mortis redemptivae Salvatoris (gratiae redemptionis) gratuite hominibus proveniunt, per baptismum scil. „quod est filiorum Dei generatio“, per charismatis sacramentum, per poenitentiam, „ordinationem episcopatus“, ac „tanti mysterii (crucis) sacramentum“ i. e. Eucharistiam. Ut tamen homo (adultus) hos fructus redemptionis assequi possit, necessario credere debet Christo et in Christum ac liberatricem virtutem crucis eius, sicque Christo, tamquam Capiti et fonti vitae aeternae, uniri ac Ecclesiae Salvatoris incorporari.

Conclusiones habentur sequentes: Doctrina Pelagii soteriologica, non longe a persuasione communi auctorum christianorum illius temporis aberrans, sincere ab ipso „Expositionibus XIII Epistularum Pauli“ tradi videtur. Nec satis fundata apparet opinio, iuxta quam dicta Pelagii etiam in hoc opere minime propriam eius mentem detegere, sed potius fallacia esse ac mendacia. Parum etiam probabilis videtur sententia, secundum quam explicationes textuum S. Pauli in „Expositionibus“ exegeticum solummodo valorem habent omnique sensu catholico destitutae sunt.

Nobis autem paulo aliter videtur. Potest dici A. plus explicasse quam stabilisse, quod ipse etiam confitetur. Enuntiationes enim Pelagii, saepissime valde laconicae et quasi mechanice post Paulum repetitae, partim sibi contrariae, non sinunt plena cum certitudine mentem eius relate ad hanc vel istam quaestionem soteriologicam detegere. Iuxta nos etiam nunc negari non potest S. Augustinum ulterius habere rationem, quam olim habuit, si putet testimonia Pelagii potius fallacia esse ac mendacia (pag. 113). Doctrina enim eius omni inquirenti magnas affert difficultates, ad coniecturas, suppositiones, verisimilitudines et

semielocutiones coget. Probabile vero videtur ita fuisse non solum in prima eius haereticae transformationis periodo, quae est obiectum nostrae dissertationis, sed per totum tempus eius malitiosae ac desperatae luctae... cum antesignanis doctrinae ecclesiasticae.

In bonum A. computari debet, quod sollicita cum praeparatione ad susceptum problema accesserit, et consequenter revisionem opinionum usque huc de Pelagii doctrina soteriologica tam apud catholicos, quam heterodoxos vigentium perduxerit. Nil mirum igitur, si eventus optatos obtinuerit.

His aliisque, quae afferi possint, perpensis, concludere licet, dissertationem, de qua est sermo, valde utile et laudabile in nostra literatura theologica ulterius conamen statuere.

Dubitare etiam libet, an post tam minutiosam Commentarii analisim possit quis aliquid, ab A. intactum vel omissum invenire. Aliud est, quod hanc vel illam quaestionem quis adhuc aliter interpretari ac illustrare possit.

In literatura polyglotta versatur A. libere ac tute; in citatione autem fontium insolita acribia atque magna accuracione distinguitur.

Jan Czuj

GREGORIO XVI. *Miscellanea commemorativa*. Edition des P. P. Pères Camaldules de l'abbaye de St. Grégoire al Celio. Rome, 1948. XVII + 456 et 560.

Le 1. juin 1846 le pape Grégoire XVI mourut, les 15 années de son règne appartenaient à l'un des longs pontificat de l'histoire. Il semblait que le centième anniversaire de sa mort passerait inaperçu. Pourtant comme il s'est montré, on travaillait déjà à le rappeler au monde.

Les Camaldules auxquels Grégoire XVI appartenait avant son élévation au trône pontifical, s'occupèrent de ce travail dont le résultat sont 2 importants volumes de traités écrits par 26 auteurs.